



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Tetia Dies.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

ne suum negotiatorum; quām nulli labore parsurus fuisset in eorum sa-  
a effici Deum promovenda &c. Quantō magis ergo hēc eadem tu  
redeandi partem debetas, ut pote cui non concessa duntaxat facultas  
lus hominū, cognatos hos tuos & filios spirituales alloquendi & ad-  
i, quām te invandi, sed etiam tam copiosa auxilia offeruntur, ut tale  
eriores beneficiū majori cum fructu ijsdem exhibere possis. Collo-  
gium ad Christum cum congruis affectibus. Vide Spino-  
m montium p. 2. med. 167. fol. 429.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 24. & illa præcipue verba  
de hoc bene perpendantur: disce nunc in modico pati, ut tunc va-  
positus eritis a gravioribus liberari. Hic primò proba, quid possis  
e solo christite, si nunc tam parvum valeas sustinere? si modò modi-  
ficilia pro aperto tam impatientem efficit, quid gehennam tunc faciet?

Pro tertia Die.

M E D I T A T I O I .

D E R E G N O C H R I S T I .

Scopus.

*Perfecta Christi Imitatio.*

Effera: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed  
habebit lumen vitæ. Joan. 8.

Punctum I.

Considera I. Parabolam à S. Ignatio in lib. exercitiorum  
propositam de Rege, qui omnes suos subditos ad bellum  
contra hostes evocavit, eā tamen conditione, ut tempore  
vidēm belli eodem victu, vestitu, aliisque rebus, quo ipse  
s fratres  
fuerat, utantur, sed in ijsdem laboribus, & vigilijs, &  
Christi  
laboribus ceteris cum eodem persistant, post finitum verò bellū  
one vici  
quis participes fiant victoria & felicitatis, prout laborum  
ritualium  
molestiarum socius quisque exiterit, uti fusiūs in libello  
marciatorum S. Iguatij legere est.

Considera II. Quid respondere debeant subditi tali Regi;  
& juveniles non æquissimum sit, ut quisque promptissimo animo ad  
ceti & vix signa convolet, paratissimumque se ad omnem ejus vo-  
lentatem offerat?

Considera III. Quārto promptius tu sub vexillum Chri-

CC 2

86

sti configere debeas, sive Dux tui præstantiam & dignitatem; sive hostium, contra quos certandum est, erga te ipsum & crudelitatem; sive victoriae, quam sperare sub uno Duce justissime potes, nobilitatem; sive præmij tamen & prædæ, quam ex tali victoria referes, magnitudinem pendas. Colloquium ad SS. PP. gratulando de tam iniqua victoria sub tali Duce obtenta.

## Punctum II.

Considera I. Quænam sint potiores militis proprium nimirum deserere patriam & amicos, indifferentem esse omnia loca & officia, paratum esse ad omnia Dux impetranda, nullâ inopia, difficultate, aut periculo contra hostes suos fortiter ac generosè in conspectu Regis sui, & pro ejusdem gloria pugnare.

Considera II. Quam promptè ac perfectè hæc omnia milites hujus sæculi præstent, & quidem tam modico labore excitati, tam incertâ spe prædæ aut victoria allechi, tam firmi ac humilis Dux exemplio animati.

Considera III. Si isti talia poterant cum tam levibus auxilijs & motivis, quanto facilius tu eadem exequi possis tam potentis Regis præsentia animatus, tamen auxilijs adjutus, & tantis præmij excitatus. Vide ergo, modo haec tenus has conditiones impleveris, aut certe deinceps implere velis. Colloquium ad B. V.

## Punctum III.

Considera I. Contra quem potissimum hostem militum sub Christi vexillo debeas, nimirum contrate ipsum; nam ipse Dux tuus indicasse videtur, quando Matth. 10. 40. xix. 14. zit: si quis vult post me venire, abneget semetipsum, Et lat crucem suam, Et sequatur me. Vnde recte Thomas Kempis lib. 1. c. 3. ait: hoc deberet esse negotium nostrum, vnam videlicet seipsum, Et quotidie se ipso fortiori fieri. Et 3. c. 53. si Verè vult esse spiritualis, oportet eum renunciare tam remotis, quam propinquis, Et à nemine magis raro quam à se ipso. Si te ipsum perfectè viceris, cetera faciliter subjugabis. Perfecta Victoria est de semetipso triumphus.

Considera II. In quo consistat hæc victoria, scilicet

& dignitate ac bello vixi solent, totus secundum arbitrium  
erga te dicitur, id est, rationis tuae & Dei vivas, quod praeclarè ite-  
re sub tuam indicavit Thomas Kemp' l. 3. c. 53. dum in persona  
Christi dixit: *Qui semetipsum subiectum tenet, ut sensua-  
lizationi, & ratio in cunctis obediatur mihi, hic vere via-  
tam habet sui, & Dominus mundi.*

Considera III. Quomodo hanc victoriam obtinere possis,  
sicut ijs medijs, quibus victoriae corporales obtineri ple-  
nique solent, quorum tria sunt potissima. Primum auxi-  
lium divinum. Secundum Patrocinium certorum SS. ma-  
rinum BB MARIE de Victoria. III. Generosa & constans  
hostium aggressio & persecutio, quam multum juvat Ducis  
potestia representata, memoria præmij victoribus promis-  
ta consideratio infamiae, servitutis, & crudelitatis incurriendæ  
sustinenda ab eo, qui hostibus suis in hoc certamine suc-  
cubuerit. Vide itaque, quomodo tu hactenus haec media ar-  
cipieris, aut certè arripere deinceps velis. Colloquium ad  
Christum eligendo eum in Ducem, & Sacramentum militare  
deum dicendo.

Legatur ex l. 3. de imit. c. 61. & illa præcipue verba be-  
ne perpendantur. Eia fratres pergamus simul, JESU S erit  
nobiscum. Erit adjutor noster, qui est Dux noster & præces-  
tor. En Rex noster ingreditur ante nos, qui pugnabit pro  
nobis. Sequamur viriliter, nemo metuat terrors, simus  
parati fortiter in bello, nec inferamus crimen glorie no-  
stræ, ut fugiamus à cruce.

Pro tertia Die.

## M E D I T A T I O II.

### DE ABNEGATIONE OMNIS AMORIS INORDINATI ERGA RES CREATAS.

Scopus.

*Studium dictæ Abnegationis.*

#### Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine, qui volens turrim  
edificare, non potuit perficere, quam sic S. Lucas c. 14. de-  
scripsit.

scribit. *Quis enim ex vobis solens turrim adficari n  
primo sedens computat sumpus, qui necessarij sunt, si bene  
ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, n  
non potuerit perficere, omnes, qui dident, incipiunt illu  
re et, dicentes, Quia hic homo capit adficare, & non  
tuit consummare?* Considera ergo primò quām bene  
hominem hunc Sacerdotes designentur, utpote, qui viam  
sui obligantur ad perfectionis turrim adficandam.

Considera II. Quām præstans sit hæc turris Sacerdotis  
perfectionis, sive illius altitudinem species, quæ mens  
citur pertingere usque ad cœlos; sive firmitatem confi  
quæ tanta est, ut portæ inferi non possint prævalere  
eam; cum enim perfectus homo Deum pro muro suo hab  
jure cum S. Davide Ps. 26. exclamare poterit: si cœpisti  
adversum me castra, non timebit cor meum; sive candi  
attendas, ob quem rectè turris eburnea dici potest:  
denique Incolas ejusdem & thesauros perpendas, nem  
Deum cum gratia & virtutibus, meritisque supernaturis  
quæ in eadem velut tutissimo & dignissimo habitaculo  
conduntur.

Considera III. Quantum beneficium tibi à Deo perfa  
dotij munus concessum sit, dum per illud tibi tam  
media obtulit ad tam præclaram altamque turrim ad  
dam, quāmque adeò promptè hæc media atripere, &  
viribus te ad turrim hanc adficandam accinge.

*Colloquium ad SS. PP.*

### Punctum II.

Considera I. Quodnam sit fundamentum ad ad  
ficiendum talis turris necessarium, scilicet omnis amotis  
nati erga res creatas abnegatio; ita enim Christus  
fine hujus parabolæ indicasse videtur, dum dixit: si op  
mnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet,  
potest meus esse discipulus.

Considera II. Quām convenienter hæc abnegatio  
fundamentum sacerdotalis perfectionis ponatur; cum enim  
una parte perfectio sacerdotalis in perfecta charitate  
consistat; ex altera verò parte, ut Thomas K. l. 2. c. 7.  
dilectus tuus talis sit natura, ut alienum non velit ad  
destituere.

we, sed solus gelit cor tuum habere, & tanquam Rex in  
throne sedere, facile patet, non posse Sacerdotem un-  
nam ad perfectionem pervenire, nisi generosè priùs omni-  
es rebus creatis valedicat.

Considera III. Quomodo tu hactenus fundamentum hoc  
posueris, aut ponere certè deinceps velis. Colloquium ad  
Virg.

## Punctum III.

Considera I. Non satis esse ad turrim hanc ædificandam,  
ut quis fundamentum posuerit, sed insuper requiri, ut sum-  
pus habeat ad perficiendum, id est, media convenientia eli-  
git, & adhibeat, quorum auxilio reliquum perfectionis ædi-  
ficium super exstruere, atque ad ipsum charitatis apicem per-  
ducete possit.

Considera II. Quæ sint illa media ad hunc finem tanto-  
per necessaria, nimirum auxiliij divini humilis imploratio,  
BV. & SS. Patronorum summa veneratio, feria Deo soli ser-  
vandi resolutio, profunda, sibiique semper diffidens demis-  
sa, & constans denique propositorum executio.

Considera III. Quām parūm hactenus tu hos sumptus  
comparare studueris, & quām justè ob eorum defectum il-  
ludere tibi non modò homines, sed & dæmones potuerint,  
scidere: hic homo cœpit ædificare, & non potuit consum-  
mare. Vide ergo, quomodo deinceps saltem illos parare,  
ut ad dictum perfectionis ædificium erigendum novo ani-  
mo te accingere velis. Colloquium ad Christum cum con-  
gratis affectibus.

Legatur ex lib. 3. c. 58. & illa' præcipuè verba bene per-  
pendantur: si ad hunc apicem scandere gliscis, oportet viri-  
ter incipere, & securim ad radicem ponere, ut evellas, &  
destruas occultam inordinatam inclinationem ad te ipsum,  
& ad omne privatum & materiale bonum.

Pro tertia Die.

## MEDITATIO III.

## DE LINGUÆ CUSTODIA.

Cc 4

Scopus

Scopus.

*Propositum linguae refrenanda.*

Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine, qui iter summi  
menti peragere jussus, equo alicui indomito & feroci se con-  
misit, nec tamen ullum ori illius frenum circumdedi, sed  
de per avia & devia abreptus, & in obvios quoque inter-  
fibi & illis gravissima damna creavit. Considera, inquit,  
quale de tali homine judicium ferre alij homines, inquit  
tu ipse de eodem sentires: an non stultissimum judicium  
an non indignum commiseratione ob damna, quz ipse  
incurrit, dignum verò omnium aliorum, quos studiis  
hoc facto suo læsit, odio censeret? Quod si verò & ipse  
damna sèpius experritus, & ab alijs frequenter, ut tandem  
quando saperet, frenumque ex quo induceret, admonitus  
& tamen adhuc errorem non emendarer, an non gravissi-  
muspèciam supplicioque dignum pronuntiaret?

Considera II. Quām convenienter per hunc hominem  
significentur ij, qui linguam suam effrenate negligunt  
quis enim nescit, quanta damna & injuria Deo, nobis in  
& proximo nostro creentur, si frenum huic equo, id est  
linguae circumdare negligamus: ut merito S. Jacobus dicit  
c. 3. omnēm naturam bestiarum domitam esse à natura  
mana, linguam autem solam domari vix posse, ut po-  
quietum malum, & plenum veneno mortifero.

Considera III. An non & tu talia damna frequenter  
etenus sis expertus, atque adeò justissimas habeas cauila-  
diendi, & sequendi consilium Ecclesiastici c. 4. Aurum tuum  
argentum confla, & verbis tuis factio fateram, &  
nos ore tuo rectos, & attende, ne labaris in lingua tua.  
loquium ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quodnam sit illud frenum, quod lingue  
inducere debes, nimirum firmissimum decretum non loqui  
di, nisi quando, & quantum necessitas, utilitas, aut charitas  
exigit, & serius conatus in hoc decreto executioni manu-

ut enim frenum duabus partibus constat, ita & hoc spirituile frenum dictis duabus partibus absolvitur.

Considera II. Sicut quandōque non sufficit simplex frenum ad equum aliquem continendum, utpote minus ferum, idēque aliud mordacius frenum superaddendum est, & in lingua domanda, si quandōque prædicta duæ industræ non sufficient, tertiam superaddendam esse, scilicet voluntariam castigationem, quoties in lingua lapsum te adneteris.

Considera III. Quām efficacia sint hæc remedia, & quomodo tu hastenus ea adhibueris, aut certè adhibere deinceps velis. Colloquium ad B. V.

### Punctum III.

Considera I. Quanta commoda tibi ex tali refrenatione secura sint, nimirum similia ijs, quæ aliquis ab equo bono, benēque refrenato sperare potest, quorum tria sunt potissimum. Primum est, ut iter suum sine gravi molestia perget. Secundum, ut brevi tempore ad terminum sibi præfixum perveniat. Tertium, ut, si hostis immineat, facilis certiusque illum effugiat.

Considera II. Quām longè præstantius hæc commoda ex refrenatione linguae sperari possint, nam 1. Quæ gravior in via spirituali molestia, aut quod gravius offendiculum reperitur, quām peccatum? atqui hoc sicut in multiloquio non deest, ita vel maximè abest à linguae custodia, hinc S. Petrus 1. c. 3. ait: *Qui cult vitam diligere, & dies videre bonos, coercent linguam suam a malo.* 2. Brevi tempore ad perfectionem, quæ Sacerdotis terminus est, pervenit; nam teste S. Jacobo c. 3. *Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est vir.* 3. Suorum hostium insidias facilius declinat, quia, teste Salomonе Prover. 10. *Qui moderatur labia sua, prudenter est, quid mirum ergo, si facile se ab insidiis hostium expedit;*

Considera III. Quām efficaciter hæc motiva persuadeant, ut omnem tuum conatum & diligentiam adhibeas in lingua refrenanda, quantōque adeò studio deinceps in hanc curam incumbere velis. Colloquium ad Christum.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 10. & illa maximè verba bene

Cc 5.

con-

considerentur: vellem me pluries tacuisse, & inter homines non fuisse. Malus usus & negligentia profectus nostri multum facit ad incustodiam oris nostri.

Pro Tertia Die.

M E D I T A T I O IV.

**D E F E R V O R E I N P E R F E C T I O N I S S T U D I O.**

Scopus.

*Idem fervor excitandus.*

punctum I.

Confidera I. Parabolam de Patrefamilias, qui varijs horis exiit conducere Operarios, quam S. Matthæus c. 20. sic scribit: *Simile est regnum Calorum homini Patrifamilia qui exiit primo mane conducere Operarios in Vineam suam Conventione autem facta cum Operariis ex denario dicens misit eos in Vineam suam. Et egressus circa horam terrenas edidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite Vineam meam, & quod justum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam, & invenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis utare otiosi? dicunt ei: quia nemo nos conduxit; dicit illis: Ite Vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus Vineam Procuratori suo: Voca Operarios, & illis mercedem incipiens a novissimis usque ad primos, & venissent ergo, qui circa undecimam horam generant, acciperunt singulos denarios. Venientes autem & primo atriatis sunt, quod plus essent accepturi: acceperunt autem ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant auctor Patrem familias, dicentes: Hi novissimi una hora servunt, & parres illos nobis fecisti, qui portavimus pondus illorum & estus. At ille respondens uni eorum, dixit: Amisisti facio tibi injuriam: nonne ex denario conveniens mercede Tolle, quod tuum es, & vade: Volo autem, & huic modo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volebam?*

er hominis  
ostini mi-  
CTIO.  
te? an Oculustus nequam est, quia ego bonus sum? Con-  
sidera, inquam, quis Scopus à Christo per istam Parabolam  
intensus, nimis ut ostenderet, fieri posse, & verò etiam  
non infreuerter solere, ut iij, qui serius ad servitium divi-  
num accedunt, æquale aut etiam majus à DEO præmium  
accipiant, quam iij, qui maturius accesserunt, & totam ferè  
vitam in Vinea Domini consumperunt.

Considera II. Quam magnum ex hac doctrina solarium  
haurire possitis, & tu, & alij tui similes, qui aut serius sacer-  
dotiorum aggressi estis, aut certè non nisi tepidè ejusdem mu-  
nera & officia peregistis, quantosque adeò animos concipere  
debeat, ad priorem negligentiam novo fervore compen-  
sandum.

Considera III. Quid tu hactenus hâc in parte egeris, &  
quid deinceps agere velis. Colloquium ad SS. Patronos.

### Punctum II.

Considera I. Quo potissimum medio priores negligen-  
tias, & jacturam meritorum compensare possis, nimis ut  
novo fervore perfectioni consequendæ studeas; ut enim aqua  
fervens majus spatum occupat, ita & animus fervore Spiriti  
accensus ad majora semper charitatis perfectionisque  
spatia seu augmenta se dilatet.

Considera II. In quo potissimum consistat hic fervor, sci-  
licer in hoc, ut omnia, quæ retrò sunt, oblitus ad anteriora  
re convertas, & singulari studio ad quotidiana tua opera per-  
fectè obeunda incumbas, quæ quidem perfectio operum in  
hoc consistit, ut facias ea semper, quæ DEO placent; & eo  
modo, quo ipsi placent; & quia ipsi placent.

Considera III. Quos fructus ex tali fervore sperare possis,  
nimis illos, quos Thomas Kemp. lib. 1. c. 25. indicavit  
in verbis: Si dederis te ad fervorem, invenies magnam pa-  
rem, & senties leviorem laborem propter DEI gratiam &  
virtutis amorem: Homo fervidus & diligens ad omnia est  
paratus &c. Unde S. Ignatius in Epist. 2. §. 3. suos ictus hor-  
tatur: Fovete semper in sinu cordis vestri vividum quendam  
sanctumque fervorem ad quosvis pro virtute exercendos la-  
bores, quia rarum aliquod & exiguum facinus sexcentie  
vulgaribus minutisque antecellit; ad quem enim virtutis

516-

gradum multis annis piger non potest adrepere, ex eius temporis intercedine diligens mirabiliter solat &c. Vt ergo, quomodo deinceps talem fervorem excitare velit. Colloquium ad B. V.

## Punctum III.

Considera I. Quibus medijs hunc in te fervorem provare, & conservare possis: tria præcipue conductent. Num est, ut saepe consideres charitatem DEI, & beneficium generalia, tum particularia per vitam tibi collata, quae tamen sanè sunt prunæ ad fervorem excitandum. Secundum, ut frequenter animo volvas, quod hæc unica sit via summam felicitatem in hac & altera vita obtinendam. Quod in finem proderit, tibi imaginari, idem nobis contingit quod homini illi, cui Rex thesaurum suum aperuisset, quoniamque facultatem concessisset, unius diei intervallo quam tum veller, & posset, auferendi. O quām ferventem fuisse iste in tali labore ostenderet; quām nullum momentaneum bi sineret, quod non in afferendis ex thesauro divitiis consumaret! an non & tu quoque illis Eccl. 15. c. 9. verbis uocaberis: *quodcumque facere potest manus mea, infra operare.* Tertium est, ut oculos convertas ad aulicos, mercatores, & similes personas, & consideres, quantum faciant, & patientur, ut hominis favorem sibi concilient, præmiaque & lucra peritura obtineant; an non enim tantum exemplis motus exclamabis: *poterunt isti, & ego non potero?*

Considera II. Quām efficacia, multisque exemplis hæc sunt confirmata hæc motiva.

Considera III. Quomodo tu hactenus ea adhibueris, certè adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. Med. 171. fol. 444.

Legatur ex l. 1. de imit. c. 25. & illa præcipue verba perpendiculari: *Igitur ad profectum serueas, quia mercede laborum tuorum in brevi recipies, nec erit tunc amplius dolor aut timor in finibus tuis. Modicum nunc laborabis, magnam requiem, immo perpetuam lætitiam invenies.*